

Mayranensium et Bibenensium^(a) cum aliquantis Finensium, ut toti istorum sint^(b) ad responcionem domni metropolitani Gradensis patriarche. et constituerunt predicti^(c) domini patriarche, ut per longitudinem^(d) terrarum cum equitibus^(e) venire et venationes^(f) bestiarum ibi facere tam in littus Linguentie et Grumellis, quam 5 littus Romandise^(g) sive littore Pineti^(h), tam et per totum territorium⁽ⁱ⁾ Plavis, sicut per totas partes, quas^(k) supra diximus, et ipsi parati et recepta sive gundulis et angaridiis, sicut domno duci faciunt toti^(l) Capurlenses^(m) et⁽ⁿ⁾ Equilegenses omniue honorificatione^(o), ita similiter faciendum sit^(p) domino metropolitano Gra- 10 densi^(q) patriarche.

Anastasius vero Theodosius sive Polentus retinebat et iudicabat ut milex tota ista territoria^(r). Georgius autem Ioannaceni^(s) cum ceterorum incitavit multam iniquitatem^(t) ortantem inter illo- 15 rum, qui habitabant^(u) in littore Pineti. magna enim intentio acrevit^(v) inter eos et cuperunt debellari. ipse autem Georgius cum istorum ceterorum^(x) multitudine^(y) hominum imperfecti sunt; et multitudo alia, quod de eis remanserat, toti inter se ipsos, quod supra dicitur, unus ab altero^(z) infestantes erunt. infestaverunt et sex fratribus, filii Egylii Gauli, qui inter eos erant. unus de eis 20 fratribus, quos remansit, Gaulus nomine, ivit ad Matamaucum^(aa) ad Obelerium et Beatum^(bb) duces et ad Obeliebatum^(cc) diaconem, fratrem suum^(dd), nunciavit eis omnia, que facta fuerant. Obelerius autem dux et Beatus^(ee) seu et ille diaconus^(ff) venerunt cum maxima multitudine^(gg) navigium Matamauciensem ibi, et inquisierunt 25 omnia, que gesta erant, et dixerunt: « quare hoc accidit? ^(hh) ». tribuni vero una voce cum ceteris aliis⁽ⁱⁱ⁾, qui ibi erant, dixerunt

(a) *S* miran. et bibin. (b) *S* *V* sit (c) *S* dicti (d) *V* longitudo (e) *S* *V* equites
 (f) et venat.] *V* cacias *D* ad cacias (g) *S* *V* Romad. (h) *S* littus Pinedi *D* littore
 (i) *S* omnem terram *V* terrarum (k) *D* *V* quod (l) *S* omnes (m) *V* Capurlensem
S Caprul. (n) et] *V* quam (o) *S* omnemque honorationem (p) sim. fac. sit.] *S* sic fiat
D om. sit (q) *D* Gradense *V* Gradensem *S* metropolino patriarcha Grad. (r) *S* totam
 istam territoriam (s) *D* Hionaceni (t) *S* iniquitas multa *V* multa iniquitate *D* multum
 (u) *D* *V* habitat (v) *D* magnam enim contentio acreverit *S* intentione acreverunt
V intentione acreverint (x) *S* ceterorum istorum *V* *D* isti (y) *S* *V* multitudo
 (z) *D* *V* ad /*V* ab alter (aa) *D* *V* Matamauco (bb) *D* Beatus (cc) *S* Cobediebatum
 (dd) *S* *V* fratribus suis (ee) *V* Beatum (ff) *V* diaconem (gg) *D* *V* multitudo
 (hh) *S* *V* acciditur (ii) *S* *V* ceteri alii